

Alte Drucke

**STATVTA || ORDINIS DOMVS || HOSPITALIS
HIERV=||SALEM. || [Letzte Seite:] AVSPICIIS AC IVSSV
REVERENDISS. D. || F. CLAVDII DELA SENGLE, || ET TOTIVS**

...

**La Sengle, Claude de
Romae, 1556**

EE ONERIBVS COMMVNIS aer arij, et legibus super id condendis.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150200

DE ONERIBVS COMMVNIS
æ rarij, et legibus super id condendis.
Consuetudo.



VM bo i.
na &
faculta
tes, quæ
ordo no
ster pos
sident,
piorum
hominū
liberali

tate collata sint, ad sustinendas Hospitalitatis
impensas, & propulsandos Christiani nomi
nis hostes: Certum est fratres nostros pro
prij in eis aut priuati iuris nihil habere, sed
eorum uerum dominium ac proprietatem &
ius omne ad solum ipsum ordinem nostrum
spectare. Verum cum in cōmuni rectè admiz

niſtrari non poſſent propter locorum diſtan-
 tiam, & diſſidentiam nationum maiores no-
 ſtri ea uiritim fratribus per partes regenda
 commendarunt (unde nomen commendarum
 ſumpſerūt) impoſitis annuis pēſionibus, quæ
 augerentur et minuerentur, prout & rei &
 tempori, hoc eſt, neceſſitati conuenire uſum
 eſt. Etenim, ut minimum quinta, ſæpe quarta
 fructuum pars penditur, & in cōmune æra-
 rium inferri iubetur, nonnunquam etiam di-
 midia, uel omnes etiam fructus, ſi ita à Capi-
 tulo generali fuerit ſtatutū: penes quod unū
 imponendarum, & assignandarum penſionū
 & collationum huiusmodi (quas reſponſio-
 nes & impoſitiones uocamus) ius eſt. id au-
 tem quid à quoq; ſit pendendum & ſolu-
 dum decernit, & publicè declarat. Decretū
 & declarationem ſuam Prioribus, Caſtellaz
 no Empoſtæ, & Capitulis prouincialibus per
 literas ſuas ſignificat, mandatq; ut penſiones
 à ſe impoſitas exigi, & perſolui ab admini-

stratoribus procurent. Si qui fratrum nostrorum eius mādatis & scriptis non paruerint, habitu priuentur.

Quod oēs teneātur ad solu. iuriū cōis ærar.

F. Petrus Daubuffon.

STatuimus q omnes Priores, Castellanus 2.
Empostæ, Baiuliui, Cōmendatarij, & fratres tam exempti quàm nō exempti ratione Prioratuum, Castellaniæ Empostæ, Baiuliua tuum, cōmendarum, domorum, & aliarū ad ministracionum nostrarum quarūcunq; non obstante quacunq; clausula, gratia, aut exemptione (quæ iuribus nostri cōis ærarij derogare & præiudicare nō uolumus) omni exclusa mora, excusatione, appellatiōe, oppositiōne, & impedimēto tam ratione bellorum seu deuastationum quàm aliās, realiter & cum effectu anno quolibet in Capitulo prouincialli: Et si fortasse in aliquo loco Capitulum prouinciale non celebretur, in natiuitate sancti Ioannis Baptistæ soluere iura commu-

nis aerarij pro tempore instituenda & imponenda, & reliquum debiti seu arreragia, & alia quaecunq; debita nostro cōmuni aerario teneantur & debeant, seu Receptoribus & procuratoribus eiusdem pro tempore institutis in pecunia numerata.

Quod iura cōis aerarij integrè soluantur, nō obstāte quouis casu uel impedimēto.

Idem Magister.

3. **Q**uod si aliqui ex dictis Prioratibus, Castellania Empostæ, Baiuliatibus, commendis, aut administrationibus nostris propter bella, inuasiones, seu exactiones principum, seu aëris intemperiem, aut alio quouis fortuito & inopinato casu ad ruinam, uastationem, etiam totalē destructionē (quod Deus prohibeat) redactæ sint: nihilominus portio iurium aerarij imposita & pro tempore imposita liquide, purè, & simpliciter (tanquam immunis et libera huiusmodi iacturis ac principum exactionibus) ad aerarium, omni oppo

sitione & mora reiecta, perueniat: Ac iactura, damnum, & exactio sit & esse intelligatur in damno Priorum, Baiuliuorum, cōmendatariorum, & aliorum administratorum: etiam si clades tanta esset, quòd id quod superesset ex fructibus ad portionē iurium soluendam non sufficiat. Administratores enim cauere, & prouidere pro fructuum necessitatibus tenentur.

De iuribus mortuarij & uacantis cōmuni nostro aerario soluendis.

Idem Magister.

Consuetudo laudabilis & inueterata in nostro ordine inoleuit, q̄ per obitū Priorum, Castellani Empostæ, Baiuliuorū, cōmendatariorum, & aliorum administratorum bonorum nostri ordinis commune nostrum aerarium percipiat iura mortuarij & uacantis, idest pro mortuario fructus Prioratus, Baiuliuatus, commēdæ & administrationis à die obitus Prioris, Baiulii, aut cōmendatarij usq;

DE COM. AERARIO Tit. V.

ad festum natiuitatis sancti iohannis Baptiste
proximè sequens, & pro uacante ab eo die
usq; ad aliud festum sancti iohannis Baptiste
proximè futurum peracto anno, præter &
ultra iura spoliolum, quæ ad idem commune
ærarium spectant. Quam consuetudinem hac
lege & statuto confirmamus, et pro lege ha-
beri uolumus, & obseruari mandamus.

De iuribus cõi ærario soluendis per eos q
cõmendā per resignationē obtinuerint.

Idem Magister.

s. **P**Ræterea statuimus q̄ ex omnibus Prio-
ratibus, Castellania Empostæ, Baiuliua-
tibus, cõmendis, & administrationibus, quæ
per cessionem & resignationē ad manus al-
terius administratoris peruenerint, fructus
& redditus duorum annorum integrorum
ærarium ipsum percipiet. Quos nouus admis-
trator soluere tenebitur, uel si utilius uis
debitur, receptor dictos fructus ipse collige-
re, aut alteri locare debebit, Exceptis his quæ
ratione

ratione melioramenti capiendi, uel permutationis secundum formam Statutorum nostrorum factæ, dimittuntur.

Quod noui administ. cōmendæ resignatæ ad solut. debitorū resignātis teneātur, quibus erat obnoxius tēpore resign.

Idem Magister.

Insuper tenebuntur dicti Priores, Castella 6.
nus Empostæ, Baiulii, Cōmendatary, & noui administratores sic per resignationem constituti soluere oīa debita, quibus resignantes tempore resignationis obnoxij erant. Id etiam excipientes, ut qui contra statuta & consuetudines ordinis nostri prouisi fuerint, ius ad Prioratus, Castellaniæ Empostæ, Baiuliatu, commendas, & nouam administrationem non acquirant.

De oneribus solu. per possessores mēbrorū.

Idem Magister.

Statuimus quod omnes ordinis nostri fra- 7.
tres membra aut prædia Prioratuum, Ca

E

stellaniæ Empostæ, Baiuliuatum, cōmendarum, & administrationum possidentes iura cōmunis aerarij imposita & imponenda pro rata portione ualoris dictorum membrorum uel prædiorū soluere teneantur. Quod sic declaramus, uidelicet, q̄ quādo dimidia, tertia, uel quarta pars fructuum imposita fuerit super bonis huiusmodi, possidētes membra soluent similiter tertiam, quartam, uel dimiā partem fructuum pro rata portione ueri ualoris, præter pensionem Priori uel Cōmendatario pro recognitione reseruatam.

De mortuario & uacante soluēdo per possidentes membra.

Idem Magister.

8. **S**tatuimus q̄ decedentibus Prioribus, Castellano Empostæ, Baiuliis, & Cōmendatarijs, quādo cunq; & quotiescunq; id acciderit, membra dependentia à Prioratibus, Castellania Empostæ, Baiuliuatibus, & cōmendis, & illi qui ea possident, teneantur sol

DE COMMVNI ÆRAR. Tit. V. 42

uere iura mortuorum, & uacantium, quæ
admodum administrationes à quibus depen-
dent. Decernentes q̄ in literis & bullis ad
administrationū membrorū debeant expresse
reseruari iura communis ærarij & uacantis.
Quæ, etiā si nō reseruata essent, intelligūtur
implicitè reseruata, & ad id obligantur.

Qualiter solutio mortuarij & uacantis
fieri debeat per possidentes mem-
bra tempore uacationis.

F. Ioannes de Homedes.

Sancimus q̄ si frater teneat mēbrum cō-
mendæ cuius administratio uacet, habeat
etiam aliam cōmendam cuius fructus percipiat,
eo casu teneatur soluere integros fructus
membri dependentis à cōmenda uacante,
non secundum cōmunem æstimationem ordi-
nis nostri, sed secundum uerum ualorem pro
tempore mortuarij & uacantis, hoc est, quā-
ti ipsa membra tempore mortuarij & uacantis
arrendari locari uē possint. Si autē tenēs

F ij

DE COM. AERARIO Tit. V.
membrum cōmendam non habuerit, retenta
sibi pro alimentis tertia parte fructuum mē-
bri, reliquas duas ad uerum ualorem cōmuni
ærario soluere teneatur.

F. CLAVDIVS de la sengle.

10. **S**Tatuimus ut idem ius in pensionibus ob-
seruetur.

De oneribus soluendis cōmuni ærario per
possidentes uillas aut grāgias.

F. Petrus Daubuffon.

11. **S**I uerò erit seruiens, aut capellanus stagij
uel obediētiae possidēs uillas aut grāgias,
pro dicto iure mortuarij & uacantis soluet
ærario duplicem pensionem, quam Priori,
Castellano Empostae, aut cōmendatario solue-
re consueuit.

Fructus cōmendae cuius nullus frater
capax est, ærario applicentur.

F. Philippus de Villers Lisleadam.

12. **S**I (quod accidere nonnunquam solet) ua-
cante administratione alicuius cōmendae,

aliqua tamen ratione in lingua seu prioratu fratres nulli sint illius capaces, disponimus, ut huius redditus cōmuni nostro ærario uens dicentur ad eum usq; diem, quo idoneus aliz quis extiterit ad eam obtinendam. Atq; tum primo mortuarij & uacātis tempora cedere, seu currere incipiant.

De iure passagij soluendi per fratres.

F. CLAUDIUS de la sengle.

Ordinamus q̄ quicumq; ordinem nostrū ¹³⁶ profiteri uolet: si in gradum militū recipi cupiat, soluet pro suo traiectu (quod passagium dicimus) nostro communi ærario aut ab eo deputatis, antequam ad professionē admittatur, scuta auri in auro centum quinquaginta, uel eorum ualorem: si inseruientem armorum, scuta centū similia in numerata pecunia. Quod si non soluerit, ancianitate non gaudeat. Nam ancianitatem numerari uolumus, à die quo passagij sui solutionem integre fecerit. Et qui eum ad professionem

admisit non iusta solutione passagij, de suo
soluere teneatur: non obstāte quacūq; licentia
ad id concessa. Nemini tamē, postq; passagiū
soluerit, super ancianitate lis moueri possit.
Nō proderit aut cuiq; si cepta iā lite soluat.
Quōd bullae ancianitatū nō sint in praeiudicium
cōis aerarij, Magistri, et Priorū.

F. Petrus Daubusson.

14. **S**tatuimus q; ancianitates siue expectatiuae
quae dantur de cōmendis in futurum suas
dente aliqua iusta ratione, non intelligantur
in praeiudicium nostri cōmunis aerarij iuriū
spoliorū, mortuuariorū, uacatiū, et aliorū iuriū
ipsius impositorū et imponendorum, nec dispo-
sitionum praeminētie Magistralis, aut Prio-
ralis, nec camerarum Magistraliū: quas sal-
uas & illaesas semper esse decernimus.

Quo tempore iura cōis aerarij solui de-
beant, et de poena nō soluentiū.

F. CLAUDIVS de la sengle.

15. **Q**uia pleriq; ordinis nostri fratres admi-

nistrationem Prioratuum, Baiuliatuum, cō-
 mendarum, membrorum, & aliorum bonorū
 habentes, & alij quicunq; possessores negli-
 genter, uel potius contumaciter se gerunt in
 soluendis cōmunis nostri aerarij iuribus: Sta-
 tuimus ut qui responsiones & impositiones
 tam ordinarias q̄ extra ordinarias, mortua-
 ria & uacantia, arreragia, & alia quacūq;
 iura & debita nostri cōmunis aerarij in Ca-
 pitulo prouinciali, aut si id non celebretur, in
 festo sancti Ioannis Baptiste non soluerint,
 quòd illico Prioratus, Castellania Empostae,
 cōmendae, mēbra, & administrationes sint,
 & esse censeantur incorporata cōmuni aera-
 rio, et tandiu à nostris Receptoribus seu alijs
 ad id deputatis retineantur, & administren-
 tur, eorumq; fructus & prouentus colligan-
 tur, & percipiantur, aut alijs per ipsos Res-
 ceptores locentur, donec de ipsis, & de impē-
 sis super eo factis cōmuni aerario integrè sa-
 tisfactum fuerit. Quòd si fratres nostri aut

DE COM. AERARIO Tit. V.

aly Prioratuum, Castellaniæ Emposæ, Baiu-
 liuatum, cōmendarum membrorum & bo-
 norum aliorum possessores, aut quiuus alius
 eorum nomine pertinaciter dictis Receptoris-
 bus, aut alijs ad id deputatis resistēdum, rez
 fragandūq; duxerūt, quominus fructus dis-
 elorum Prioratuum, Castellaniæ Emposæ,
 Baiuluatum, cōmendarum, membrorum, et
 aliorum bonorum percipiant, eos ūe locent, et
 arrendent: Tunc eo ipso absq; alia monitione
 citatione, processu, sententia, seu alia declara-
 tione ipsis Prioratibus, Castellania Emposæ,
 Baiuluatibus, cōmendis, membris, & alijs bo-
 nis, illorumq; possessione priuati existant,
 etiam si essent minores xiiij. annis, et sine cu-
 ratoribus (si qui fuerint) de quibus non habe-
 bitur ratio. De qua quidem resistentia et rez-
 pugnancia uerbis aut literis Receptoris fides
 habebitur. Præcipientes Prioribus, & Castel-
 lano Emposæ ut hoc statutum faciāt in suis
 Prioratibus, & Castellania Emposæ plenē

& exactè exequi, & obseruari. Quòd si neglexerint, sint & intelligantur priuati prærogatiua retentionis quintæ Camerae, & gratiosæ dispositionis commendæ ad eorum præeminentiam pertinentis: ita q̃ prouisiones de illa factæ irritæ sint.

Quòd conductores cõmentarum debitoribus ærarij non soluant.

F. Petrus Daubuffon.

Volentes in executione contra male sol¹⁶. uentes facienda acrius prouidere, statuimus quòd sub pœna priuationis commendarum fratres, & uassalli sub pœna uiolati iuramenti fidelitatis, & conductores siue arrendatores huiusmodi commendarum & bonorum nullo pacto respondeant de fructibus & redditibus commendatarijs priuatis. Quòd si fecerint, huiusmodi pœnam incurrant: & nihilominus quòd per eos exolutum fuerit, non admittatur in computo eorum: quinimo iterum exoluere teneant.

DE COM. AERARIO Tit. V.
tur. Volumus etiam quod Priores, Re-
ceptores, & procuratores huiusmodi sta-
tuta super male soluentibus edita in quolibet
Capitulo prouinciali publicari faciant, et
nihilominus contra faciendo in suo robore
permaneant.

De debitoribus cōmunis aerarij.

F. Baptista de Vrsinis.

17. **S**Tatuimus q̄ nullus frater ordinis nostri
cuiuscunq; fuerit conditionis, qui debitor
nostri cōmunis aerarij fuerit dignitates, com-
mendas, officia & beneficia ordinis nostri ul-
lo pacto consequi possit, quousq; debita sua eiz-
dem aerario persoluerit.

Qui debitores aerarij tēpore smutationis
fuerint, dignitates, & commendas
consequi non possunt.

F. Ioannes de Homedes.

18. **S**ancimus quòd frater qui tempore smutiz-
tionis dignitatum seu cōmendarum in lin-
gua faciendæ comunis nostri aerarij iurium

debitor fuerit (nihil ei suffragante, quod ante in manibus eiusdem ærarij pro soluendis debitis suas cōmēdas posuerit, uel post ipsam smutationem cōmuni ærario satisfecerit) diſſetas dignitates, seu cōmēdas uacantes conſequi non poſſit. immo ad eas conſequendas penitus inhabilis & incapax cenſeatur.

Quibus committi debēt cōmēdæ abſolutæ male ſoluentibus.

F. CLAVDIVS de la ſengle.

STatuimus ꝑ Prioratus Caſtellania Empoſitæ & cōmēdæ abſolutæ male ſolūētibus per Magiſtrum & conuentum cōmittantur fratribus, qui priuatorum debita ſoluere cōmuni ærario uoluerint, ſeruato ordine et ſtylo noſtræ religionis, præſerēdo omnibus alijs eos fratres, qui nōdum cabimentū ſunt aſſequuti ſecūdum gradum & turnum ancianitatis, ſi eas pro cabimēto acceptare uoluerint, ſoluendo ea quæ priuatus ærario noſtro debet. ſi autem talis frater nullus reperiatur,

DE COM. AERARIO Tit. V.
tunc indifferenter tam cōmendatarijs q̄ fratribus conuentualibus seruato ordine ancianitatis de gratia cōmitti poterunt, saluis iuribus communis aerarij. Et si forte non rep̄riatur, qui debita priuati uelit soluere, remaneant in manibus communis nostri aerarij, donec illi integrè satisfactum fuerit.

Quòd bona frat. deceden. ad aerariũ perue.
idem Magister.

20. **O**mnia bona mobilia et se mouentia quorũcunq; fratrum nostrorũ tam in conuentu quàm extra decedentiũ, cuiuscunq; conditionis & qualitatis fuerint (que spolia uocamus) ad cōmune nostrum aerarium pleno iure pertinent, exceptis fratribus capellanis obedientiæ & seruietibus officij, quorum spolia peruenient ad illos, in quorũ Prioratibus, Bauliuatibus, aut commendis residentiam et stagium habuerint.

Quæ bona ex spolijs ad Ecclesiã pertinet.

F. Deodatus de Gozono.

Excipimus etiā uasa argentea, aurea, deaurata, quæ figuram calicis ad sanctum sacrificium dedicata, seu crucis habent: etiam uascula uini & aquæ altaris obsequio deputata, uel ad reponendas sacras reliquias. insuper ornamenta ecclesiastica quæcūq; aurea, argentea, et deaurata, atq; sericea, & oēm supellectilem, quæ ad ministerium ecclesiasticum pertinet. Necnon breuiaria & psalteria, quæ ad Ecclesiæ cultum & ornamentum relinquuntur. Excepta sunt etiam spolia senescalli Magistri, Castellani, & aliorum fratrum qui sunt in seruitio Magistri, quæ ad ipsum Magistrum pertinent.

Quæ bona ex spolijs ad statum cōmendarum relinquenda sunt.

Idem Magister.

Pro usu autem domorum commendarum relinquentur utensilia necessaria, idest, omnis supellex, uidelicet cultricæ, lecti, cooperatoria, & alia utensilia pro palatio & cameris

ris, pro penu & coquina, quibus cōmendatis
 rius, dum uiuebat, utebatur. Currus quoq;
 uehicula & omnia instrumenta rustica. Pec-
 corum uerò iumentorum, armetorum, & res
 liquorum animalium quorūcūq; quæ in dictis
 spolijs ultra statum cōmendæ reperiuntur, di-
 midia pars ad ipsum statum adiungetur, alia
 ad cōmune ærarium pertinebit.

F. Ioannes de Homedes.

23. **E**qui tamen & muli fratrum extra con-
 uentum decedentium, & alia animalia
 quæ equitari solent, & sella deseruiunt, cum
 suis ornamentis ad commune ærarium spe-
 ctare debent.

De armis in spolijs fratrum repertis.

F. CLAUDIVS de la sengle.

24. **A**рма cuiusuis generis siue ad offenden-
 dum, siue ad defendendū parata in spo-
 lijs fratrum in conuentu, & citra mare de-
 functorum ad ærarium pertinent, & in unū
 locum conferantur, ubi sub fida custodia ser-

DE COM. AERARIO Tit. V. 48
uabuntur ad opus & pro munitione nostri
conuētus, demptis ensibus & gladiolis quas,
dagas & pugnales uocant.

De Receptoribus.

F. Rogerius de Pinibus.

VT commodius iura nostri cōmunis æra 25.
rij recipi possint, & in agendorum ex-
peditione distribui ualeant, uolumus quòd in
quolibet Prioratu & Castellania Emposita
Receptores iurū ipsius ærarij per Magistrū
& conuentum pro eorum arbitrio constituā-
tur. Qui iura huiusmodi exigant, recipiāt, et
teneant, atq; de eisdem secūdum ordinationē
Magistri & conuentus disponant.

De iuramento Receptorum.

F. CLAVDIUS de la sengle.

Qui quidem Receptores teneātur iurare 26.
in manibus Magistrī, si in conuentu
præsentes fuerint, aut in manibus Prioris, si
à conuētu absuerint, q̄ bene, fideliter, & dis-
ligenter ea quæ ad ipsū officium pertinent

exequentur. Quorum officium per triënum durabit. Reseruatur tamen Magistro & concilio id tempus ex aliqua iusta causa prorogare, si ita illis uidebitur.

De officio Receptorum & procuratorum nostri communis aerarii extra conuentum.

Idem Magister.

27. **A**D Receptores spectat exigere, consequi et accipere à prioribus, Castellano Empositæ, Baiulivis, Cõmendatarijs, et alijs quibuscunq; bona nostri ordinis in limitibus Prioratuum, in quibus sunt constituti, possidentibus responsiones, impositiones, passagia fratrum, debita uetera, hoc est, arreragia, & alia quæcunq; spolia fratrum, mortuaria & uacantia per mortem administratorum aerario nostro debita, & alia quæcunq; iura, bona, et debita quomodocunq; ad aerarium nostrum spectantia, & pertinentia. Quod si morte, ægritudine, uel alio quouis impedimento Receptores detinerentur: ita ut ipsi non possent

possent per se, quæ supra dicta sunt, facere: uolumus ut in eorum absentia Procuratores in dictis Prioratibus deputati id exequi te- neantur. Idem Receptores & procuratores aderunt in capitulis prouincialibus ad res- siones, impositiones & alia debita petenda, exigenda & recipienda.

Quomodo gerere se debent Receptores in colligendo iure mortuarij & spoli.

F. Philibertus de Nilliac.

STatuimus quòd quotiescūq; Receptor aut 28.
 Procurator ærarij uel alius ad id deputatus se conferet ad colligendum & habendum iura mortuarij & spoli, non accedat solus: sed assumat secum aliquem probum Cōmendatorem, uel fratrem, aut duos ex propinquo- ribus locis defuncti, aut sæcularem personam honestam, his deficientibus, & Notarium pu- blicum, in cuius præsentia uisitet, & notare faciat per inuentarium authenticum in præ- sentia testium receptum, omnia bona et uten-

filia atq; agriculturas & fructus quos inuenit. De quibus hoc facto, dimittat statum commendæ in ea conditione & qualitate, in qua ipsum inuenit. Et medietatem supellestilis de superabundantibus ad augmentum status dimittere teneatur, ultra statum primum, anteq; bona transferatur. Et de omnibus quæ gesserit per scripturam authenticam capitulum prouinciale admoneat. si quis Receptorum contrafecerit, & damnum marcam argenti exceßerit, poenâ priuationis habitus incurrat.

De eodem.

F. CLAUDIVS de la Sengle.

29. **P**RÆTEREA Receptores ipsi uel procuratores, aut commissarii supradicti duo inuentaria separata faciant, unum status commendæ, & alterum bonorum spolijs ad ærarium pertinentium, & in præsentia prædictorum notare faciant omnia credita fratris defuncti, & aperiant seu aperire faciant, illis uidentibus & uocatis, eius despropriamentum: quos

DE COMMVNI ÆRAR. Tit. V. so
rum creditorum, & despropriamenti exem
plum huc ad conuentum nostrum mittant.
Vbi per scribam ærarij registrabuntur in ali
quo separado libro illius prioratus: singulorū
enim Prioratum singulos libros ad id depu
tatos esse uolumus. Quod si frater defunctus
despropriamentum non fecerit, uel si fecerit
non reperietur, Receptor de eo Magistrum et
conuentum certiores facere tenebitur.

Quod Receptores in capitulo prouinciali
manifestent ea quæ receperunt.

F. Philibertus de Nilliaco.

Iniungimus Receptoribus, ut particularis
ter et per singulas summas in quolibet ca
pitulo prouinciali computum eorum quæ res
ceperunt, & quæ restant, manifestare et red
dere teneantur. Attamen Priores & capitul
um prouinciale nullā habent potestatem huius
iusmodi computa concludendi, seu quietandi:
sed duntaxat audiendi & signandi. Quorū
computorum conclusio & definitio Magistro

Et conuentui reſeruatur, atq; ſpectat. Adijci
 entes q̄ ipſi Receptores in dicto capitulo te-
 neatur manifeſtare omnes pecuniarum quā-
 titates & ſummas, quas receperunt de iuris
 bus ærarij tam mortuاريorum q̄ uacantium
 et reliquorum quorūcunq; Et Prior, finito di-
 cto capitulo, de eis eo ipſo certiores reddere
 debet Magiſtrum & conuentum. Quibus cō-
 putum duplicatum mittant Receptores: ut de
 negocijs ærarij clarā noticiam habeant. Quòd
 quidem computum apud ærariū regiſtretur.

De cedula mittenda per Recept. de ijs qui
 ſoluerūt, et qui debitores remaſerūt.

F. CLAVDIVS de la ſengle.

31. **R** Eceptores ſtatim finito capitulo prouin-
 ciali tenebūtur unā cum ſuis computis
 anni præcedentis mittere ad Magiſtrum &
 conuentum breuem cedulam, quæ contineat
 nomina eorum qui in eo capitulo ſoluerūt, et
 eorum qui debitores remaſerunt, & pro q̄-
 bus ſummis: & diſtincte omnes pecuniarum

DE COM. AERARIO Tit. V. 51
summas, quas pro quacunq; ratione seu debito recoeperint. Si quis contra fecerit, & consenta in hoc statuto & in superiore non adimpleuerit, priuetur fructibus unius anni cōmendæ: si frater conuentualis, perdat unum annum ancianitatis in fauorem filiorum Arz naldorum.

Receptores nihil capere possūt de spolijs.

F. Baptista de Vrsinis.

Statuimus q̄ Receptores in quolibet Prio 32.
ratu & Castellania Empostæ nullo modo de spolijs Priorum, Castellani Empostæ, nec cōmendatariorum, uel fratrum morietium in distis Prioratibus & Castellania Empostæ lectos aut alia utensilia uel res quasq; sumere præsumant. Qui contra fecerint, officio priuati eo ipso censeantur, ac duplum illius quod coeperint ærario persoluant: Quacunq; consuetudine in contrarium faciente in alijs quo non obstante.

Quod Recep. nihil capiāt de statu cōmend.

G ij

33. **D**E his quæ ad statum cõmentarum, & usum domorũ pertinent, Receptores in colligendo spolio et mortuario uel aliàs nihil omnino etiam capere poterunt: sed ea omnia integra & intacta relinquēt. Quod si contra fecerint, et aliquid è cõmentis abstulerint, id omne resarcire, reficere, et restituere sua pecunia teneantur: Nam ærarium nostrum ad huiusmodi quicquã obligatum esse nolumus: & præter hoc poenã ualoris mortuarij eiusdem commendæ subeāt, qui ærario nostro applicabitur. Prior uerò & Castellanus Empolæ ad instantiam cõmentarij læsi Receptorem compellat ad talem restitutionem faciendam. Quod si in eo Prior uel Castellanus Empolæ negligens fuerit, ipse suo nomine restituere & reficere teneatur, & ad hoc à Magistro & conuentu instante commendatario compellatur.
- Receptores in loco tuto pecunias quas

recipiunt reponere debent.

F. Petrus Daubusson.

STatuimus q̄ Receptores in quolibet Prio 34.
 ratu & Castellania Empositæ pecunias iu
 rium ærarij per eos receptas, & quas pro
 tempore recipient, apud tutas & fidas perso
 nas deponant. De quibus recognitionem &
 documentum authenticum, ualidamq; obliga
 tionem habeant, uel apud se in loco tuto ipsas
 fideliter conseruent. De his quoq; & apud
 quos sint securæ, Priores & Castellani Em
 positæ seu eorum uicegerentes & cōmēdata
 rios dictorum Prioratuū & Castellaniæ Em
 positæ in prouinciali capitulo, & non aliter,
 certiores reddant. Pro quorum indubitata ue
 rificatione instrumenta et recognitiones obli
 gationis ostendere teneantur: ne aliquo casu
 cōtingente pecuniæ surripi, aut occultari pos
 sint. Si quis Receptorū contra fecerit, in pri
 uationis habitus pœnam labatur.

Quod Receptores non obstante quacunq;

lite exigant iura ærarij.

F. IOANES de Laslico.

35. **S**ancimus ꝑ Receptores nostri communis
Ærarij quæcunq; iura ipsius, omni reiecto
litigantium respectu, exigant, petant, & res-
cipiant ab illis, qui quoquo modo tenent &
possident Prioratus, cõmendas, & domos, ra-
tione quarum disceptatur & litigatur: nec
propterea partium iuribus ullum præiudiciũ
generari intendimus. Qui uerò tales cõmen-
das tenebunt, si soluere recusauerint, eo ipso
pœnam priuationis incurrant, à suo quoq; iu-
re cadant, & cõtra tales tanquam inobedien-
tes & rebelles procedatur.

Quòd Receptores absq; alicuius licentia
pro mortuario & uacante commen-
darum possessionem capiant.

F. CLAVDIUS de la Sengle.

36. **S**tatuimus ꝑ: cum primum Priores, Ca-
stellanus Emposcæ, Baiuliui, cõmendatarij
& alij bonorum nostrorum administratores

DE COM. AERARIO Tit. V. 53
è uita decesserint, uel uiuētes ipsi administra-
tioni cesserint, et renunciauerint, uel eam res-
signauerint: Receptores & procuratores nos-
tri aerarij dictos Prioratus, Castellaniā Em-
postæ, cōmendas & bona, sua propria aucto-
ritate & sine licentia alicuius iudicis uel cu-
riae, eorumq; corporalem possessionem nomi-
ne nostræ Religionis capere, fructus colliges-
re, spolia mortuaria & uacantia & alia des-
bita exigere, eaq; retinere & cōtinuare per
se uel per alios, usq; ad integrā satisfactio-
nem nostri communis aerarij, debeāt. Si qui
uero fratrum nostrorum quauis occasione
dictos nostros Receptores in prædictis fru-
ctibus & spolijs percipiendis, atq; in dictis
possessionibus adipiscendis aliquo modo impe-
diuerint, Prioratibus, commendis & omni-
bus ordinis nostri officijs et beneficijs priuati
sint, & si fuerint fratres conuentuales an-
ciantatem perdant.

Contra recep. negligētes in exigen. debitis

idem Magister.

37. **S**i Receptores fuerint negligentes in exigendis debitis & capiendis ad manū nostrī cōmunis ærarij cōmendis debitorum secundum formā statuti nostrī, eo casu ipsi sua pecunia pro debitore soluere teneantur. idem obseruari uolumus in alijs omnibus debitis di-
cti ærarij: si ea, postq̃ dies solutionis aduenerit, exigere non procurarent.

Per quoscunq; processus seu sentētiās ad
requisitionē Receptorū in male soluētes
factas & promulgatas à nostris
constit. nō intelligatur recessū.

F. Ioannes de Homedes.

38. **C**um (ut sæpe euenire solet) nostrī ordi-
nis Receptores, quo facilius debita iurū
nostrī cōmunis ærarij à male soluentibus re-
cuperent, cōtra eos ex præscripto priuilegio-
rum nostrorū, seu aliās procedant: & à ple-
risq; in dubium uertatur, an tunc tēporis cō-
stitutiones nostræ uendicent locum. ideo hāc

dubitationem tollentes, hac præfenti lege decernimus & declaramus, quòd: Et si per eosdem Receptores ex forma indultorum priuilegiarumq; Apostolicorum, seu aliàs coram quocunq; iudice ordinario seu nostri ordinis superiore: etiam contra minores xiiij. annis, non eis cõstitutis curatoribus, alios ue nostri publici ærarij debitores: etiam ad aliquas priuationes, declaratorias sententias, seu priuationem Prioratum, Castellaniæ Empostæ, Baiuliuatum, cõmendarum, & beneficiorũ, eorumq; possessionis quomodolibet processũ fuerit: nihilominus non sit neq; censeatur à constitutionibus contra eosdẽ debitores disponentibus recessum, uel aliàs præiudicatum: Quinimo statuta ipsa illæsa permanere, processus, pœnasq; ipsas, & omnia inde sequuta suam uim habere, suosq; effectus sortiri iubeamus, & uolumus.

idem Magister.

Sancimus ut libris Receptorum nostrorũ, 39.

& cedulis eorum manibus subscriptis, quo ad debitores ærarij nostri integra & indubia fides absq; alia probatione adhibeatur.

De procuratoribus cõis ærarij in cõuentu.

F. Ioannes de Lastico.

40. **C**irca iurium & bonorum publici ærarij conseruationẽ nulla satis potest esse diligens cura et uigilantia. Idcirco pro utili administratione prædictorum, ultra magnum Cõmendatarium: qui ratione sui officij huic exercitio expresse est deputatus, & ab eo dimoueri non potest: duos probos religiosos prudentes, & discretos ex Baiuliuis aut Prioribus ordinis nostri in conuentu assistentibus, his quoq; deficientibus, ex Baiuliuis capitularibus uel locatenentibus Baiuliuorum conuentualium per Magistrum et concilium summa cura eligi, iuramento interueniente, iubemus. Ad conseruationem quoq; iuriũ dictorum bonorum ipsi magnus Cõmendatarius et Procuratores capsas firmas & tutas, optimisq; scs

DE COM. AERARIO Tit. V. 55
ris clausas habeant, quarum clauium quilibet
ipforum trium unam teneat. Pariformiter res
et alia bona dicti ærarij in magasenis seu uol
tis reponant, & locis aptis recludāt sub eos
rum clauibus. De quibus nulla fiat distribus
tio, nisi prius per conseruatorem & scribam
ærarij in libris diligenter annotetur. Qui qui
dem Procuratores cōmunis ærarij rationem
sue administrationis quolibet anno reddere
teneantur Magistro & concilio.

De residētia magni Cōmēdatarij in cōuen.

F. CLAVDIVS de la sengle.

Statuimus ut magnus Cōmendatarius tes 41.
sneatur facere residentiam in conuentu,
nec possit ab eo discedere, quādiu in officio
fuerit. Et q̄ alij duo procuratores communis
ærarij in eo officio per duos annos seruire, et
permanere debeant: in quo tempore licentiā
abeundi à conuētū obtinere nō poterunt, nec
simul ambo officium dimittere: sed singulis
annis unus tantum de duobus mutabitur, ita

DE COM. AERARIO Tit. V.
ut non fiat una uice nisi unus Procurator.

De ærarij conseruatore.

F. Ioannes de Lassico.

42. **P**RO cōseruatione & distributione bonorum ærarij nostri iubemus eligi unū fratrem idoneum & sufficientem, ex quacunque lingua libuerit, in Conseruatorem generalem ærarij. Qui omnium pecuniarum & bonorum mobilium ad ærarium pertinentium curā & custodiam habeat, atque recipiat, conseruet & distribuatur secundum dispositionem, ordinationem & uoluntatem Magistri & concilij cū scientia & apodixia magni Commēdatarij. Ipse autem Conseruator, si frater miles fuerit centū ducatos Rhodi, si uerò Capellanus aut Seruiens armorum extiterit centum florenos Rhodi currētes à cōmuni ærario percipiat, cum in conuentu residentiam fecerit. Quòd si ad partes ponentis mittetur, tunc stipendia ei constituentur, prout Magistro & concilio uidebitur. Qui Conseruator genera-

lis in quolibet capitulo generali mutetur, & alius subrogetur: successor tamen de lingua prædecessoris eligi non possit, nisi decennio præterito.

De auditoribus computorum.

Idem Magister.

VLtra magnum Commendatarium, & 43.
duos Procuratores cōmunis ærarij, Cōseruatorem quoq; generalē, octo fratres octo linguarum unum de qualibet lingua deputari iubemus. Qui computa & omnia ærarij negocia uisitandi, audiendi, recognoscēdi, quo modo gerantur & ministrentur, auctoritatē & facultatem habeant. Qualibet quoq; hebdomada unum diem deputent, in quo id exerceant. Quòd si aliquid reformandum compererint, ad Magistrum & concilium ordinarium referant. Qui postpositis alijs negocijs super hoc prouideāt. Dicti enim fratres sufficientes, idonei, probi, & huic officio apti à fratribus linguarum eligentur: qui sic electi

Magistro & concilio ordinario præsentetur. Constituti quoq; coram Magistro solemniter sa-
cramento adigantur, q; fideliter commodum
ærarij procurabunt, & ipsum pro eorum con-
scientia à damno conseruabūt. Dicti octo fra-
tres redditioni computorum, quæ Magistro et
concilio fiet, aderunt; intererunt quoq; solu-
tionibus per cōmune ærarium faciendis.

F. CLAVDIVS de la sengle.

44. **Q**vos auditores quolibet biennio mutari
uolumus, non omnes simul sed per in-
terualla; ut semper aliqui ex ueteribus res
maneant.

De probo homine Conseruatoris.

F. Petrus Daubuffon.

45. **S**tatuimus q; per Magistrum & cōcilium
ordinarium deputetur & eligatur aliquis
frater ordinis nostri idoneus et ad hoc aptus,
qui computum liquidum et clarum teneat dis-
ligēter de omnibus & singulis tam pecunijs
q; rebus quibuscūq; quas in dies Conseruator
generalis

generalis nomine cōmunis ærarij recipit. in quorū receptione deputatus ipse sit præsens, & etiam redditioni computorum Conseruatoris assistat. Et quòd teneantur duo libri eorum quæ recipientur, unus apud conseruato rem, & alter apud deputatum existat. Qui quidem deputatus recepta in duobus libris præfatis scribat & annotet, ut de receptis clara noticia habeatur. Quodq; Magister & concilium ordinarium eidem deputato pro sti pendio assignent ab ærario percipiendi, quod eis bene uisum fuerit. Stetq; in eo officio deputatus pro termino Magistro & concilio bene uiso. Quo elapso, ipse idem deputatus, aut alius pro comperta idoneitate & sufficientia subrogetur.

Debita frat. defunct. creditorib. soluantur.

F. Ioannes de Villers.

STatutum est quòd debita fratrum defun- 46.
ctorum, quæ legitimè atq; authenticè ap-
parebunt, creditoribus exoluantur, ex bonis

DE COM. AERARIO Tit. V.
tantum mobilibus fratris defuncti saluo statu commendæ: & si bona mobilia non sufficerent, tunc de bonis stabilibus de nouo per fratrem religioni acquisitis ipsis creditoribus satisfactio fiat, & non aliter.

De spolijs Baiuliuorum æstimandis.

F. Baptista de vrsinis.

47. **B**ona & res spoliurum Priorum, Baiuliuorum, Commendatariorum, & fratrum in conuentu decedentium per octo fratres ancianos octo linguarum, prout fieri solitum est, æstimentur.

F. CLAVDIVS de la sengle.

48. **Q**uæ quidæ æstimatio fieri debet ad uerum ualorem uocatis expertis medio iuramento, de qua dimidia pars detrahi poterit. In spolijs Priorum, Baiuliuorum, & locatentium Baiuliuorum soli Baiuliu, Priores & locatenentes Baiuliuorum participare debent. In spolijs Cõmendatariorum, Commendatarij & fratres conuentuales. In spolijs fraz

trum conuentualium, soli fratres conuentuales milites.

Quòd fratres ægroti manifestet bona sua.

F. Elionus de villa noua.

Quæ fratres nostri tenent & possident, 49.
ad nostrum ordinem censentur pertinere. Quapropter cum fratres morbo tenentur occupati in uim obedientiæ censentur obligati uocare ad se duos fratres ex propinquo ribus locis, ubi infirmitate detenti sunt, quorū unus sit capellanus si adesse poterit, & alius probæ conditionis. Quibus quidē duobus manifestent omnia bona utensilia, pecunas, & res quas tenent. Quæ in scriptis redigantur. Et postea sigillo fratris infirmi & ipsorum duorum fratrum in eorum præsentia, quæ scripta fuerunt, sigillentur: ipsumq; scriptū ei qui administrationem aut procurationem ærarij habet præsentari debeat. Si autem cōualuerit, ipsum scriptum sibi restituatur. Nec liceat sub pœna inobediētiae ipsis fratribus, q

aderunt cum scribentur, uiuente ipso fratre
 quæ scripta sunt reuelare. Quòd si contra fe-
 cerint administratione cōmendarum decem
 annos eo ipso priuentur. Si uerò contra faciēs
 sit frater conuentualis, fiat de eo querela, et
 per iusticiā Religionis ducatur. Et si in dictis
 bonis spolijs aliquis frater, cuiuscunq; conditio
 nis fuerit, apponat manū uel aliquid capiat,
 de eo fiat querela, et priuetur cœtu et societa-
 te fratrum ordiis nostri. Si uerò frater ifirmus
 contēpserit adimplere quæ dicuntur, ipso cō-
 ualescente de eo fiat querela, & per iusticiā
 tanq; inobediens ducatur. Cum contra pau-
 pertatis uotum bona sibi ascripserit, & ea
 manifestare contempserit.

Quòd iura ærarij in litibus nō impendātur.

F. Philibertus de Nilliaco.

50. **S**tatuimus q; nullus Prior, Cōmendatarius
 aut frater possit ex bonis & iuribus cō-
 munis ærarij ac spolijs, mortuarijs et
 uacantium lites fouere, prosequi & manute-

nere, aut ea in alienos usus conuertere. Quin
imo dicta iura, spolia, mortuaria & uacans
tia ad ipsum ærarium perueniant.. Qui con
tra fecerit, uel manus dictis iuribus & bonis
iniecerit, & damnum attulerit: si ultra mar
cam argenti excessus fuerit, perdat habitū:
si infra marcam, sit in quarantena.

Quòd stipendium soluatur Oratoribus.

F. Antonius Fluiuanus.

ORatoribus & Nuncijs, quos secundum
rerum & negotiorum exigentiam ad
diuersas orbis prouincias mittere necesse fue
rit, hoc stipendium moderatè constituimus:
quia licet onera profectionis suscipiant, ordi
ni tamen seruire tenentur, & pro obsequijs
maiora consequuntur præmia, q̃ quæ suorū
laborum retributioni & compensationi ascri
buntur. Prior aut Baiulius, cui onus legatio
nis pro partibus occiduīs imponitur, à cōmu
ni ærario duos ducatos accipiet quolibet die,
sue legationis tempore durante, Cōmendatæ

H ij

rius autem ducatum unum. Si tamen Cōmen-
datarius talis cōditionis fuerit, quōd Magistri
& concilij arbitrio uidebitur ultra dictam
quantitatem promoueri, tunc dimidium duc-
tum pro quolibet die addere poterunt. Orato-
ribus uero, qui in Oriente Legationem exerc-
cebunt, Magister & conciliū stipendium pro
rerum & profectionis qualitate deputabunt.
Volumus quoq; dictos Oratores personaliter
ad conuētum reuerti debere, ut eorum relatu
Magistro & conuentui cuncta innotescant.
Quo habito, Magister & conuentus pro rerū
ingruentia provideant, & cognita Oratoris
prudencia, diligentia & curiosa agendorum
executione suis iuribus & promotionibus cō-
mendatum suscipiant.

idem Magister.

52. **M**agnas Commendas Cypri, Langonis
& Nisari, omnibus linguis communes,
nostro communi aerario unimus & incor-
poramus.

De soldeis fratrum soluendis.

F. Petrus Raymondus Zacoſta.

STatuimus quòd ſoldeæ fratrum ſoluantur 53.
per totum menſem ſeptembris, quo ſuis
neceſſitatibus pro rerum ingruentia fratres
ſubuenire poſſint. Fratres autem, qui de bo-
nis ordinis noſtri habent prouiſionem aut do-
mos uel alios redditus ultra lx. florenos Rho-
di currentes, ſoldeam à cōmuni ærario non
ſumant. ſimiliter etiam, qui commendam
cuiuſcunq; ualoris fuerit poſſident, ſoldea
careant.

De locali quod capitur à magno Com-
mendatario in ſpolijs fratrum.

F. Baptiſta de Vrſinis.

STatuimus, non obſtante quacunq; conſue-
tudine in contrarium faciente, quòd ma-
gnus Cōmendatarius ſiue eius locūtenens ca-
pere de ſpolijs fratrum decedentium aliquod
iocale non poſſit: niſi ad ſummam florenorū
Rhodi currentium quinque duntaxat, & nō

plurium. Quod quidem iocale in computo tabularum aut stipendiorum, quæ ab ærario sumit, reponatur.

Quod solum generale Capitulum debita possit remittere.

E. Fabritius de Carreto.

ss. **Q**uæ communi utilitati sunt ascripta in priuatos usus conuerti non debent. Ideo statuimus quod nullus cuiusuis qualitatibus gradus, officij, & conditionis existat, præsumat remittere, relaxare aut condonare quasuis pecuniarum summas debitoribus communis ærarij ab ipsis quouismodo uel causa debitas sine legitimæ causæ cognitione: quæ solummodo ad Magistrum & generale Capitulum pro tempore celebrandum spectat. si quis autem contra hanc ordinationem remiserit aut condonauerit, de suo fecisse intelligatur. Contra quos commune ærarium regressum habeat pro summa remissa, & nihilominus cui præter hanc normam remissum fuerit, ut uerus de;

DE COMMUNI ÆRAR. Tit. V. 61
bitor non sit absolutus, donec cōmune ærariū
aut à donante, aut à debitore suam integram
satisfactionem receperit.

De literis Cambij.

F. Ioannes de Lastico.

STatuimus quòd vicecancellarius sub pœz 56.
na priuationis officij non faciat literas as-
signationum uel cambij pro fratribus aut sæ-
cularibus personis: nisi prius de eisdem fue-
rit deliberatum per Magistrum & conciliū.
Et postq̃ factæ fuerint, bulla cōmuni plum-
bea muniantur, & in Cancellaria registren-
tur. Et anteq̃ parti consignentur, per consers-
uatorem conuentualem & scribam nostri cō-
munis ærary sub bullæ plica signentur. Quib-
us solemnitatibus deficientibus pro nullis ha-
beantur.

De prouisione equorū pro custodia Insulæ.

F. Baptista de ursinis.

FRatres nostri in cōuentu equos aptos pro 57.
tutione Insulæ tenere & habere debēt.

Et ærariū debet dare per totum annum mon-
stras dictis equis: q̄ per Mareſcallū ſiue eius
locūtenentem & probos homines idoneos, et
ad id deputatos et iureiurando ſolēni adaçtos
quod rectè & iuſtè iudicabunt, iudicati apti
& idonei pro ipſa cuſtodia extiterint. Illi au-
tem equi, qui repulſi et minus idonei iudicati
à prædictis Mareſcallo & probis hominibus
fuerint, monſtras non habeant.

Quòd equis detur ordeum ab ærario.

F. CLAVDIVS de la ſengle.

58. **S**tatuimus q̄ cōmune noſtrum ærariū pro
monſtra equorum ſoluere debeat cuilibet
fratrū noſtrorū pro quolibet equo ſalmas ſex
ordei. Quòd ſi ærarium ordeū non habuerit,
pro qualibet ſalma ſcutū unū ſoluere tenetur.
Fratres autē qui ab ærario ordeū accipient,
ſtatim ubi à Magiſtro aut Mareſcallo exire
iuſſi fuerint ad cuſtodia iuſulæ, obedire tene-
buntur. Quòd ſi qui reſtiterint, et alios comita-
ti non fuerint, amittant ordeū unius Anni.